



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepiscopo, Et Sancti Andreæ & sancti Severini Decanis
Burdegalensibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Tolosano à bonæ memoriae magistro Milone Notario nostro tunc apostolicæ sedis Legato factorum apud quosdam dubitatione suborta , ipsius Comitis devote pos-
tulavit à nobis qui sint dicendi hæretici ma-
nifesti super quo eidem duximus respon-
dendum &c. sicut continentur in * alia suprà in
eodem tertio folio usque puniantur. Præterea
cùm pedagia , guidagia , & salnaria ipsi
Comiti Legatus interdixerit memoratus ,
auctoritate litterarum nostrarum duximus
declarandum &c. ut in ipsa usque introduc-
ta. Rursum cùm praefatus Comes ab eo-
dem Notario receperit in mandatis &c. ut
in alia usque iustitiam exhibeter , hoc taliter
intelligendum esse censemus &c. usque
personis miserabilibus teneatur in eccl-
esiastico iudicio repondere. Volumus infu-
per &c. in eundem ferè modum ut in alia usque
in finem. Datum Laterani x. Kal. Februarij ,
pontificatus nostri anno duodecimo.

*ARCHIEPISCOPO, ET SANCTI
Andrea & sancti Severini Decanis
Burdegalensis.*

C Vm esset dilectus filius nobilis vir R. Comes Tolosanus in nostra præsen-
tia constitutus , venerabilis frater noster Agennensis Episcopus adversus eum pro-
poruit questionem quòd ab ipso ac suis Ecclesias albergarias & procurationes indebitas exigebat. Quia igitur idem Comes il-
las , sicut à bonæ memoriae magistro Milone Notario nostro apostolicæ sedis Legato in mandatis dinoscitur recepisse , propria liberalitate remisit , nos remissionem hujusmodi approbantes , auctoritate litterarum nostrarum duximus inhibendum ne quis eundem Episcopum aut suas Ecclesias super albergariis & procurationibus hujus-
modi molestare præsumat , sed ipse pariter & successores sui perpetuo eorum im-
munitate lætentur. Quocirca discretioni ve-
stre per apostolica scripta mandamus quatinus si praefatus Comes contra prohibiti-
onem nostram super hoc eundem Episco-
pum aut suas Ecclesias molestaverit , præ-
sumptionem ejus per censuram ecclasiasti-
cam appellatione postposita compescatis. Quòd si non omnes &c. tu , frater Archiepi-
scope , cum eorum altero &c. Datum La-
terani i. v. Non. Februarij , anno duode-
cimo,

E I S D E M .

C Vm esset dilectus filius nobilis vir R. Comes Tolosanus in nostra præsen-
tia constitutus , venerabilis frater noster

Agennensis Episcopus est conquestus quòd tam ipse quam nobilis mulier uxor ejus in villa Marmande & in Villafranca necnon etiam aliis locis dioecesis Agennensis nova passagia extorquebat. Quia igitur idem Comes ab hujusmodi passagiorum extor-
fione desistere se promisit , discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus qua-
tenus si fortè , quod non credimus , idem Comes in memoratis locis contra Latera-
nensis statuta Concilij passagia præsump-
serit extorquere , præsumptionem hujus-
modi per censuram ecclasiasticam appella-
tionem postposita compescatis. Quòd si non
omnes &c. tu ea , frater Archiepiscopæ &c.
Datum Laterani i. v. Non. Februarij , an-
no duodecimo.

*EPISCOPO VASATENSI,
& Priori sancti Macharij & Archidiacono
Vesalmeni Burdegalensi & Agennensi
dioecsum.*

C Vm manifestis hæreticis à dioecesi Agennensi divina providentia depul-
sis , quidam credentes & fautorēs eorum latitent in eadem , Ecclesiarum & eccl-
esiasticorum virorum molestationibus insis-
tentes , sicut venerabilis frater noster Agen-
nensis Episcopus proposuit coram nobis ,
præsentium vobis auctoritate mandamus
quatenus eis qui legitimè convicti fuerint
super hujusmodi pravitate feodis , posses-
sionibus , & bonis aliis quæ ab Ecclesiis de-
tinent spoliatis , eadem ad jus & potesta-
tem Ecclesiarum ad quas pertinent devol-
vantur , pœnam consimilem Ecclesiarum
agricolis & hominibus infligentes qui con-
victi fuerint super hæretica pravitate. Quòd
si non omnes &c. tu , frater Episcopæ , cum
eorum altero &c. Datum Laterani v. Kal.
Februarij , pontificatus nostri anno duo-
decimo.

*Epist. 1727
Ut hæretici
priventur ter-
ris quas tenent
ab Ecclesia.*

AGENNENSI EPISCOPO.

C Vm esset dilectus filius nobilis vir R. Comes Tolosanus in nostra præsen-
tia constitutus , adversus cum proposuilli querelam quòd à te ac suis Ecclesias alber-
gariis & procurationes indebitas exigebat.
Quia igitur ipse illas , sicut à bonæ memo-
riæ magistro Milone Notario nostro apo-
stolicæ sedis Legato in mandatis dinoscitur
recepisse , propria liberalitate remisit ,
nos remissionem hujusmodi approbantes ,
auctoritate præsentium inhibemus ne quis
te aut Ecclesiis tuis super albergariis &
procurationibus hujuscemodi molestare
præsumat , sed tu pariter & successores tui

*Epist. 173.
Ejusdem argu-
menti cum ea
pistola 170.*